O quam exultant de illa exaltatione ministri
eciam regine celi ancille redemptoris ut re-
gina super omnem excellenciam prime beatorum.
Omnino tripudiat iam de vicinissima socie-
tate angelorum. O quam letantur et applau-
dent patriarche et prophete humilitate perfectissima / prophe-
tarum credulitate certissima / apostolorum
caritate ardentissima / martirum constancia
fortissima / pietate confessorum dulcissima
atque de virginum castitate purissima. Et
autem tempore singulorum specialis leti-
cias. Circa autem dubium remanet an
sancti plus gaudeant interius de uno
quam de alio. Ibi credo dicendum quod se-
cundum ordo caritatis manet in patria quod est
ordo gaudiorum de bonis amicorum. Cum
unusquisque quantum quemque diligit aliquis tantum
de bono gaudet ut dicit Augustinus super psalmum
gyon v. Et est autem duplex
ordo caritatis in via secundum doctores. Unus
essencialis qui attenditur secundum racionem
obiecti movendi et sic primo deus diligenda
ex caritate secundum Augustinum libro primo de doc-
trina christiana capitulo 20. Primo quod supra nos
est id est deus. Secundo nos. Tercio quod est
iuxta nos id est proximus et ultimo quod
est infra nos id est corpus proprium. Alter
est ordo accidentalis qui attenditur secundum rac-
ionem inclinationis et sic unus proximus plus
alteri deberet diligi secundum dictum doctorum ut plus
parentes plus cognatus / cognati plus
alienis / domestici plus extraneis et
sic de aliis. Dicunt quidam doctores sancte
theologie et alii quod primus ordo manet in
patria et per consequens caritas magis intensa erit
circa illud de gloria plus diligibilis quam
minus diligibilis. Et iste autem ordo
secundum eos non manet. Et Deus eciam in
illa intrinseca anima quod est in via nos
circa eum proximo plus quam non aliud
afficiunt. Cum totum unitur illa beata gratia
in ordinatione mentis ad deum et ideo
propinquiorem deo id est meliorem intensius
diligit et per consequens de ipsius gloria plus
gaudet. Sed dilectissimi quomodo omnes
sancti exultant et videant quam suavis est
dominus. Et quomodo longitudine dierum
replet eos dominus et ostendit illis per visio-
nem beatificam salutare suum. Et quomodo
gaudent et affluunt omnibus bonis. Sed

numquid pro tantis bonis laudabunt
dominum et cantant sibi canticum novum pro-
ut scriptum est. Beati qui habitant in domo tua
domine in secula seculorum laudabunt te. Plane laudant
magnificant et superexultant cum in secula
benedicunt cum gracias agunt quando
prodeunt ante sedentem in throno et mit-
tunt coronas suas ante thronum dicentes.
Dignus es domine accipere gloriam et ho-
norem et virtutem. Recordantur eciam
peregrinacionis nostre. Sicut enim nos sic quos
in caritate diligunt et peramt deo placere
vident ita pro nobis orant atque bona a
deo deprecantur. Eorum oraciones mini-
strant ante conspectum dei et cadunt coram
agno habentes cytharas et phialas
aureas plenas odoramentorum. Quorum
enim dispensationes et perfectas declara-
ciones non solum tempus breuitas sed multitudinis
gratis ignorancia ipsa impedit. Sed quid
nobis faciendum est dilectissimi in hac
celebritate sacrosancta nisi ut in gaudio
nos votis quibus modum heu ne possumus
implere ex totis precordiis deum gloriam appe-
tendo et ipsis congaudendo clamemus.
Exulta et lauda habitacio syon quia magnus
omnis in medio sancti israhel. Lauda
lauda quoque perpetuo et nunc ierusalem dominum
lauda deum tuum syon. Cum confortat seras
portarum tuarum multitudine comprehensionis
benedixit filiis tuis in te claritate visio-
nis beatifice. Cum populus fines tuos
pacem per tranquillitatem gaudiorum et delec-
tamenis et adipe frumenti saciat te id est
saciacione divine fruicionis. Recor-
dare nunc filiorum exulum tuorum et ora ut
qui dispersiones israhelis congregabit
et nos ad te congreget ut una tecum
laudemus benedicamus magnificemus et superex-
altemus atque videamus deum deorum in syon
per infinita secula seculorum. Amen.

Sermo quintus ut supra de eo quod omnes sancti pro merito humilitatis susceperunt coronam eterne beatitudinis

Letum sermonem pro diebus
quibus nos humiliasti per dominum
ore ac sicut dilectissimi
celebrantibus nobis hodie
simul omnium sanctorum votiva solempnia
valde decet congruunt ut pro [illegible]

cordibus tantillo nisu quo possumus contemple-
mur corde beatissima gaudia cantica quam laudum
quibus inestimabiliter letantes laudant in scala
celorum dominum deum suum qui in medio eorum est
quemadmodum eos propheta sanctus alloquitur dicens
Exulta et lauda habitatio syon quia
magnus in medio tui sanctus israel. Ipse et alibi
loquens ad dominum Beati inquit qui habitant
in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Merito di-
lectissimi inquit laudant dominum eo quod ipsos de
tali tamque magna exilitate atque humilitate ad
tantam gloriam provexerit ut iam de sua inaesti-
mabili gloria certi irreflexibili visu intueantur
illam claritatem lucis eterne atque fruantur beatissime pa-
ce bonitate dulcedinis superne amplexentur quam
nichilominus veneratione castissima altitu-
dinem illam divine maiestatis In quibus tribus
plane omnis beatitudo atque felicitas consistere no-
scitur. Prebebit quippe sanctis huiusmodi quicquid
volunt et removent ab eis quicquid nolunt
Propterea nimirum inter ceteram laudum cantica
et ministeria domini benefactoris sui non tacent ut
dant silentium ei qui ponit voce altissima
cum gratiarum actione ineffabiliter clamant Leta-
ti sumus pro diebus quibus nos humiliasti
que fuerunt una in primo apposita ¶ In quibus
verbis propter brevitatem temporis breviter
introductis innuuntur duo Primum est omnium sanc-
torum gloriosa leticia quam iam premunt in patria Secundum
est eorum de humilitate obsequiosa qua quon-
dam deo famulabantur in via Primum igitur
cum dicitur letati sumus Unde et ysaie 27 (?) Leti-
cia sempiterna super capita eorum leticiam et gau-
dium obtinebunt Secundum innuitur cum subiungitur
pro diebus quibus nos humiliasti Unde et
in psalmo Surgite postquam sederitis id est postquam
sedistis per humilitatem nunc post peccatum sur-
gite ad gloriam quam humilium humile salvum faciet
dominus Sed ut eo diffusius liceat modicum
quid quod ipse dominus donare dignabitur dicere
de sancta humilitate que est scala qua omnes sancti
in celos conscenderunt et per quam nos eos
sequi haud dubie est necesse Primo volo
ambo membra prout breviter potero simul
propter temporis brevitatem transcurrere ¶ Est
igitur primo notandum quod secundum ysidorum 10 ethimologiarum
humilis dicitur quasi humi acclinis id est pronus
terre. Superbus vero quia super vult
videri quam est Et propterea humilitas est humi-
liatio quedam deiectione scilicet Superbia
vero sive superbitio quedam exaltatione
Contingit autem hec deiectio secundum sanctum thomam

dupliciter Uno modo a principio extrinseco ut cum
quis ab alio deicitur et sic humilitas est pe-
na Alio modo a principio intrinseco ut cum quis conside-
rans suum defectum tenet se in infimis et sic
humilitas est virtus dum saltem fiat sicut debet
Et eodem modo duplex est exaltatio Una a principio
extrinseco que de per se non est vicium Alia a principio
intrinseco que ut contra vicium est Duplex
etiam ut nobis notum est humilitas sive deie-
ctio procedens a principio intrinseco una videlicet
interna que est mentis et hec proprie et de per se est
virtus vel actus virtutis Alia externa que
est corporis et fit in operibus factis humilium gestibus
et ceteris huiusmodi Et hec de per se non est virtus
vel actus virtutis Possunt enim aliqui huiusmodi
procedere ab humiliatione interiori et sunt
bona Aliqui a mentis superbia et elatione
et sic sunt mala Unde Ecclesiastici 19 dicitur Est qui
nequiter se humiliat et interiora eius plena
sunt dolo Et suo modo simile est de exalta-
tione Patet autem luce clarius hec distincti-
ones ex verbis domini salvatoris ubi dicit
Omnis qui se humiliat exaltabitur et qui exal-
tat humiliabitur Ex quibus omnibus liquet quod non
omnis exterior humiliatio est vera et virtuosa humil-
iter (?) nec omnis exterior exaltatio est vera et vitiosa
superbia Externa quippe humiliatio nichil
est virtutis nisi ab interna dirigatur aut pa-
riet suspicionem ¶ Consequenter secundum quod
loquendo de humilitate prout virtus est et non
contrario opposito videlicet vitium dicitur habitus me-
ntis virtuosus vel actus qua sancti sanctus (?) per-
missive sic de humilitate loquitur iam vocan-
tes actum humilem humilitatem iam vero habitum
prompte et delectabiliter inclinantem ad opera
humilia humilitatem nominantes Loquendo
magis sic salvo semper iudicio veriori videtur
mihi sanctam tripliciter accipi humilitatem et per quibus
etiam superbiam sibi oppositam eo quod quot mo-
dis dicitur unum oppositorum tot modis dicitur
et reliquum videlicet generaliter specialiter et specia-
lissime Specialissime loquendo humilitas
est virtus refrenativa appetitus ne inordinate
tendat in intrinseca excellentia sive existente bo-
nitate afficiatur ut sic possit dicere cum apostolo
Nos autem non in immensum gloriamur sed secundum
mensuram qua mensus est nobis deus Et
illo modo credo quod beatus bernhardus diffinit hu-
militatem in libello suo de gradibus humilita-
tis dicens humilitas est virtus qua homo ve-

rissima sui cognitione sibi ipsi vilescit. Que tamen diffinitio non debet sic intelligi quod humilitas sit virtus qua quis se vile consideret, sic enim esset virtus intellectualis et non virtus appetitiva sive moralis, sed sic debet accipi quod cognitio proprii defectus est regula secundum quam dirigitur ipsius appetitus ut humiliter circa huiusmodi excellentiam se temperat, id est ne super id quod est vel aliter quam debet de illo quod est inaniter glorietur. Sed nec diffinitio ita intelligenda est quod omnis humilis per virtutem humilitatis se ipsum vile detestetur, nam Christus secundum quod homo fuit humillimus, qui tamen utique se nec vilem reputavit nec tamquam vilem detestetur. Ita ergo etiam alii omnes sancti angeli homines qui bene gloriantur haud dubie de magnis excellentiis quas ipsis iam Deus contulit. Debet igitur sic intelligi quod humilitas continet inordinatum appetitum circa intrinsecam excellentiam, sic quod non meliorem quis semetipsum quam est vel alterius quam est appretietur, et hoc vocat beatus Bernardus sibimetipsi vilescere. Et eodem modo credo intelligi posse diffinitionem humilitatis quam idem ponit in epistolari suo libro primo epistola 22 et est epistola Hugonis Senonensis archiepiscopi quod dicit: Humilitas est contemptus proprie excellentie, id est humilitas est virtus continentia inordinati appetitus circa propriam excellentiam. Hec autem ut estimo intrinseca excellentia est que alicui ab intrinseco inest ut sunt propria bonitas et virtus et huiusmodi, dicitur excellentia propria. Excellentie siquidem extrinsece, id est que extrinsece alicui exhibentur in testimonium interioris ut sunt honores, laus et gloria, officia, dignitas et huiusmodi, non videntur nisi abusive dici proprie excellentie cum ipse sint magis in exhibentibus quam in hiis quibus exhibentur, ut innuit beatus Bernardus epistola quam supra. Philosophus etiam dicit quod honor non est in honorato sed in honorante. Si quis tamen vellet omnem excellentiam que alicui persone singulariter convenit sive extrinsece sive intrinsece vocare excellentiam propriam, tunc hec secunda diffinitio generalior esset quam hec primo modo humilitas accipitur, et sic conveniret humilitati specialiter accepte de qua acceptione postea dicetur. Est igitur imaginandum quod recte sicut cetere virtutes morales sic et sancta humilitas mediat inter duas malitias sive duo vitia extrema, unum superabundans quo scilicet quis plus afficitur circa propriam sive intrinsecam excellentiam quam debet vel aliter. Et hoc vitium communiter dicitur superbia. Et vitium deficiens quo minus circa eandem quam debet afficitur,

cui vitio propter eius raritatem non est nomen impositum. Unde et sanctus Thomas dicit quod humilitas que ab extrinseco venit quamvis sit bona, ut cum aliquis considerans suum defectum tenet se in infimis secundum suum modum, sicut Abraham dixit ad dominum: Loquar ad dominum meum cum sim pulvis et cinis. Tamen potest fieri male, puta cum homo honorem suum non intelligens comparat se iumentis insipientibus. Et credo quod sic in comparatione huius vitii plerumque solet humilitatem vocare sanctam superbiam. Ex istis liquet quid sit superbia specialissime de ea loquendo prout scilicet humilitati iam dicte opponitur. Est nempe vitium quo quis sibimetipsi inordinate circa intrinsecam excellentiam afficitur scilicet magis quam debet, sive est vitium quo quis sibimetipsi ex verissima sui cognitione non vilescit quinimmo super mensuram suam semetipsum appretiatur. Et ad hunc sensum credo posse trahi illam diffinitionem superbie quam beatus Bernardus ponit in epistola quam supra: Superbia est appetitus proprie excellentie, eo tamen modo quo de secunda diffinitione humilitatis dixeram. Ex quibus patet quod sic accipiendo superbiam ipsa distinguitur ab appetitu inanis glorie vel appetitu honorum et huiusmodi. Talia enim sunt circa extrinsecam excellentiam, superbia vero circa intrinsecam. Superbie autem isto modo accepte ut estimo beatus Augustinus 10 confessionum non multum a fine, scilicet ubi tractat de concupiscentia vanitatis, quatuor innuit species, alloquens ibi dominum in confessione de quibusdam qui in semetipsis inanescunt et placent sibi de se non tamquam bonis de non bonis quasi bonis, verum etiam de bonis tuis quasi suis, aut etiam sicut de tuis sed tamquam ex meritis suis, aut etiam sicut de tua gratia et non suo merito, non tamen socialiter gaudentes sed aliis invidentes eam. Quas quidem [illegible] expressius exprimit beatus Gregorius 23 moralium super illo Heliu: Sed ut video spiritus est in hominibus et inspiratio omnipotentis dat intelligentiam, ita dicens: Quatuor quippe sunt species quibus omnis tumor arrogantium demonstratur, cum bonum aut a semetipsis se habere estimant, aut si sibi datum desuper credunt pro suis se hoc accepisse meritis putant, aut certe cum iactant se habere quod non habent, aut despectis ceteris singulariter videri appetunt habere quod habent. Et illo secundo gradu ni fallar precipue peccavit phariseus ille qui in evangelio a domino introducitur dixisse: Gratias tibi ago deus quia non sum ut ceteri hominum et etiam velut iste publicanus. Credo autem quod sub illo gradu quo superbus iactat se habere quod non habet intelligi debet illa superbia qua quis illud bonum quod habet maius estimat quam est et de ipso plus debito gloriatur, vel etiam [struck] de nullo tamquam de bono gloriatur. Qui quippe talis gloriatur de maiori bono quam habet vel de non bono tamquam bono, et per consequens de illo quod non habet

Hoc etiā aduertēdū circa q̄ dicit̄ ē humilitas
specialissime accepta superbia. Una q̄ qui tamen
gloriatur se simpliciter meliorē esse q̄ est
vel saltē aliter gloriatur q̄ dz de illo qð ē
scðm q̄tuor species iā positas et potest vocari sim-
plex elatio vel tumor mentis. Alia ē qua
etiā quis gloriatur de se tamq̄ ad magis utile
vel ydoneū utputa ad prelatos regendū vel do-
cendū vel aliqð aliud huiusmodi. Et hec
solet vocari elata presumptio vel elatio presump-
tuosa. Ex premissis leviter colligi potest
qualiter et quibus modis sancta humilitas refre-
net mentē et appetitū hominis humilis circa propria
et intrinsecam excellentiam. Porro refrenat ipsum
ne glorietur de aliq̄ excellentia quā nō habet. et
ne glorietur de ea quā habet tamq̄ eā a seipso ha-
beat aut q̄ a deo eā ex condignis meritis
habeat. Et etiā quamuis sentiat se eā a so-
la dei gratia habere in hoc super alios ne despiciat
sine fine compassione eā illis non videat aut
nō faueat. Sed consurgit ex hijs statim
dubitacio an quilibet humilis teneatur se omnibus
aliis viliorē estimare sive pre omnibus aliis de-
spicere seu se omnibus per humilitatem subicere. Ad
quam dubitacionem dico ex intencione sancti thome
q̄ in homine possunt duo considerari scilicet id qð ē
dei et id qð ē hominis. hominis autē ē quicquid
pertinet ad defectum. Sed dei ē quicquid pertinet
ad salutem et perfectionem. secundum illud osee 13 perditio
tua ex te israel tantū in me auxilium tuum. Dico
igitur q̄ nullus quo ad ea que in se dei sunt
dz se subicere alteri quo ad illa que in eodem
hominis sunt. hoc quippe esset contra honorem
dei nisi dona minus reputaret q̄m defectus
hominum. E contrario vero quilibet humilis habet se quo
ad ea que in se ipso hominis sunt subicere ceteris quo
ad talia que in illis dei sunt. hoc nempe
integre honor dei requirit. Verum quod ma-
ius dubium adhuc manet comparando adin-
vicem illa que alicui humili apparet in se dei
esse et etiā in altero dei. Et similiter ea que
in se apparet esse hominis et illa que in altero
hominis esse videtur. quid tunc ipse humilis facere
habeat. Ad quod ex intencione eiusdem sancti
non doctoris dico q̄ hoc non requirit humilitas ut ali-
quis id qð ē dei in semetipso subiciat ei
qð apparet esse dei in altero. nec ut id qð
ē suum in seipso subiciat ei qð ē hominis in al-
tero. Alioquin enim oporteret ut quilibet
reputaret se magis peccatorem quolibet altero
quod tamen sancti nō fecerunt. ut scriptura in mul-
tis locis ostendit ubi sancti se pre ceteris commē-
dant ad gloriam dei et ad edificacionem proximi.
Et istud idē manifestius patet de aīa christi
que fuit et ē humillima. Immo et de omnibus
sanctis regnantibus iam cū christo tam angelis q̄ hominibus
qui utique nō reputant se omnibus viliores
nec pre ceteris despiciunt q̄ eisdem ceteris subi-
ciunt quamuis valde humiles sint. sic enim erra-
ret q̄ glie ipsorum cognoscunt. Sed replicat
forte aliquis dicens quid igitur ē q̄ apostolus ad
philippenses 2o dicit. In humilitate superiores
invicem arbitrantes. Et beatus benedictus in regula
sua dicit in 6to gradu humilitatis q̄ humilis
religiosus dz credere et pronunciare se omnibus
viliorē. In septimo gradu q̄ ad omnia indi-
gnum et inutilem se confiteri dz et credere. Respondeo
q̄ hic dicit sic intelligi q̄ nos pauperes qui
adhuc in hac valle degimus miserie nescientes
utrum amore vel odio digni simus. nec videntes
perfecte occulta decretorum dei. nescientes etiam
quid futurum de nobis sit. Et etiā omnino igno-
rantes quid boni faciat aut facere disponat
in aliis deus in temporibus futuris nos nunquam tales presu-
mendo sit de occultis bonis secundum meritorum. Tamen
de aliis de occultis malis propriis debemus nos
omnibus subicere atque omnibus viliores reputare et
credere. Sed et ad omnia indignos et inutiles re-
putare secundum utrasque premissas. Cum sic quidem suffi-
ciencia nostra ex deo est et nō a nobis secundum illud
2o ad cor. 3o. Non q̄ sufficientes simus cogi-
tare aliquid a nobis quasi ex nobis sed
sufficiencia nostra a deo ē. Sed contra hanc sa-
nissimam doctrinam fratres karissimi heu sepissime
facimus qui nō timentes occulta mala propria
sed nec actualia videre volentes etiā ea que
in nobis satis manifesta sunt curiosissime
autem considerantes mala proximorum bona
nō attendentes nichil cogitantes quid forte
bonus dominus deus in eis in occulto iā operetur
vel operari disponat in eis multa bona que
nec in nobis sunt aut unquam erunt leviter ali-
os despicimus contra eos amaricamur minui-
tamus ipsos leviter comprehendimus et tota aliis
detrahentes amissamus. Nos ipsos vero ma-
gnos reputamus opera nostra extollimus a-
liorum vilipendimus aliorum mala leviter con-
dempnamus propria autem industriose excusa-
mus. Ad docendum ea que nondum didicimus
promptissimi ad discendum vero tardissimi.
scientiam nostram et opera que facimus male gradentes
in oculis nostris aliorum superbissime tamen sine
cum operibus perfectos quiuis etiā plerumque in-
utiliter ad desideratos et ad hoc ipsum excusa-
tentes ut ceteri nos omnes sequentes viuant
secundum experientiam nostram ignorantes misericordiam an
nostra vel ipsorum plus deo opera placeant. Quod
tamen dico quando nō apparet nisi opera docti-
ne aut exemplis sanctorum conformiora sunt

vt sepe in superbis contingit. Iter et multa
alia mala radix superbie in mente elata
germinat quorum opposita scilicet humilitas fru
ctuose pullulat in mentibus sanctorum. ¶ Spe
cialiter vero loquendo de humilitate humilitas
est virtus refrenatiua appetitus spiritualis circa
excellencias siue sit intrinsece fuerit siue ex
trinsece. Et per oppositum superbia est vicium quo
quis inordinate afficitur circa huiusmodi excel
lencias easque vicius plus debito appetendo et
hoc modo superbia non differt ab ambicione vel ar
rogancia que est appetitus inordinatus honoris.
nec ab appetitu inanis glorie id est ab appetitu
vano vt alii de se magna et bona opinentur.
Dicitur enim gloria secundum beatum ambrosium. clara noticia
cum laude. Et secundum beatum augustinum quinto libro de ciuitate dei
capitulo 12. Gloria describitur quod est iudicium hominum bene
de hominibus opinantium. Et isto modo beatus bernardus
in epistola sua cum questio supra vide superbiam et hu
militatem accipere diuidens superbiam in superbiam ceca
et superbiam vanam. Vbi premissa diffinicione
superbie quam superius dixeram subiungit di
cens. Hec in duas species diuiditur. in cecam et va
nam superbiam que et aliis nominibus appellari possunt
contumacia et vanitas. quarum prior sancte posterior
voluntatis vicium est. Nam ex illa racionis oculus fal
litur. ex ista voluntatis appetitus male afficitur.
Ceca superbia siue contumacia vicium est quo
se existimans aliquid vel esse bonum quod non est vel
a se esse quod est. in se non in domino gloriatur. Vana
superbia seu vanitas est vicium quo quis tamen de
eo quod est quam de eo quod non est suis magis quam dei
laudibus gloriatur. Et paulopost premissa
diffinicione de humilitate quam eciam ante alle
gaueram idem subiungit dicens. Hiis superbie spe
ciebus due nichilominus humilitatis opponuntur.
Contra cecam vt quis de se nouerit sentire humiliter.
Contra vanam ne consentiat aliter sentientibus. Et
ex libro dicto beati bernardi quidam promoti diuidunt
superbiam in superbiam intellectus et superbiam affectus.
Et similiter humilitatem in humilitatem intellectus et af
fectus. Ego tamen non estimo proprie dici. Nos enim
superbia et humilitas essencialiter ad affectum perti
nent et non ad intellectum nisi tamen ad re
gulam directiuam vt ante declarauerat. ¶ Li
quet ergo quod isto modo humilitas vel superbia ac
cepta includit in se humilitatem vel superbiam primo
modo acceptam. Ex quo videtur michi sequi quod
humilitas sic non est virtus nec superbia vnum vi
cium eo quod nec hec nec illa habeat vnicam racionem
obiectualem circa quam per eam mens afficiatur. Illud
enim est affici circa excellenciam intrinsecam gloriando

scilicet de bonitate vel virtute aut dignitate aliqua
inexistente. Et aliud appetere ab extra testimonium
illorum ab aliis. Experimur enim sepe quod presumimus
sciamusque nos aliquo modo carere bono. si tamen
alii credunt nos tale habere et ideo nos de
huiusmodi laudant honorant vel recommendant statim
tamen sentimus surrepcione saltem si eciam deus
nos confirmauerit quod non deliberatiue gaude
remus scilicet de huiusmodi gloria. Et e contrario si alii
eadem mala que nos de nobis ipsis sentimus et
confitemur de nobis dixerint tristamur et ita
sentimus. Contingit eciam plerosque externam omnino
gloriam spernere et interius tamen gloriari
secundum quod tenuit beatus augustinus 10 confessionum vbi supra
ante verba prius allegata sic dicens. Sepe
homo de ipso vane glorie contemptu vanius
gloriatur. ideoque non iam de ipso contemptu glorie glo
riatur. non enim eam contempnit cum gloriatur interius.
Et iam interius aliud in eodem genere temptacionis
malum quo inanescunt qui placent sibi de se
quamuis aliis vel placeant vel displiceant vel
placere affectent ceteris. Vnde eciam sanctus
beatus gregorius circa finem xxvi moralium expressius
ponit. Idem ni fallar quilibet legere potest in
libro proprio experiencie. ¶ Consueuerunt eciam
illi qui supra superbiam affectus subdiuidere in
presumpcionem appetitum glorie et appetitum
proprie excellencie. Et per consequens eciam conformiter
suo modo humilitatem affectus tripartite diuidere
habuerunt. Presumpcionem vocant cum homo
presumit super vires suas vt si quis existima
ret se sufficientem ad opus aliquod magnum et
tamen non esset et sic non hoc opus illud appeteret.
presumit. Appetitum glorie vocant omnem inanem
appetitum honoris glorie laudis fauoris et
huiusmodi. Appetitum vero proprie excellencie vo
cant cum quis aliquid tamen inordinate appetit in quo
alios excedat siue excellat. Et illam super
biam proprie excellencie vlterius subdiuidunt
in appetitum dominacionis quando scilicet quis aliis domina
ri desiderat. et in appetitum magisterii quando
scilicet quis superbe alios docere desiderat. Et
in appetitum simplicis excellencie quando scilicet quis
alios excedere superbe nititur in bonis exteri
oribus vel in aliquo alio preter dominacionem et
magisterium. ¶ Et hii vt michi videtur non
conformiter acceperunt appetitum proprie excellencie
cum beato bernardo. Si enim sic beatus bernardus
acciperet tunc diffiniciones superbie et humili
tatis quas in epistolari ponit non essent

ſufficientes quia ſolū pro hac ultīa particula
humilitatis et ſupbie eiſdē conuenirent qđ
oīo abſurdū videt̄ Ponat ī ipē vt eſtīo
prout etiā antea ſubtiliter dixerā appetitū
ꝓꝑe excellentie appetitū quo quis appetit
aliquod qđ magnitudiē honeſtatis apparet
magnū ſiue ꝑ hoc ipē deſideꝛ̄ exceſſ̄ alios
excellē id excedē ſiue nō ſ̄ etiā videt̄ mͥ ꝙ
2ᵐ membꝝ ꝓdē diuiſionis ſupbie acceptis
ſꝫ ſupbie ſiue appetitꝰ ꝓꝑe excellentie diſtin-
guatur a ſcđo Auaricia eñ appetit aliꝗs diuari
vel alios dotē vl' alios ī aliꝗ° excedē ꝛ hoc
tantūmodo rōe ꝓꝑe excellentie Ad vͦ nōnūquā
dico quia multis cauſis pt quis huiꝰmoi
appetere ſꝫ l' rōe auaricie vt diꝫ bona ill'
officijs debita poſſideat vl' ratiōe ſ⁹ ipe
vt ſe de inimicis ſuis ipie vindicet vl' ſal-
tē doctrinā ꝓmittet vl' aliq̄ alia cauſa
Auaricia tn̄ huiꝰmoi ratiōe ꝓꝑe excellentie ap-
petit ille honorē appetit et gliaꝫ vt ſꝫ plꝰ
alijs vel ab alijs ꝛ̄putē et honorē. quia
ꝓꝑt idē ē tn̄ appetitu glie prout ipī appeti-
tū glie accipiunt Quartomo ſi ita neē ē ſup-
bia ſubdiuidē vt et 2ᵐ membꝝ anderē di-
uiſionis ſupbie acceptis ī multa membra debē
ſubdiuidi vtputa ī ſupbiā glie ī ſupbia
laud' honoris fauoris fame bndictionis
gratulationis et ſi quid aliud ē qđ ſolet ī
teſtimoniū hoībꝰ exhiberi virtutis vl' boi
honeſti Dīa eñ pmiſſa ꝓꝑe diſtinguitur
ab inuicē quod ꝓꝑ breuitate declarare ꝑtā-
ſeo Ad hec vellē igit̄ libentiꝰ ſtarē ī illa ſimil'
diuiſiōe ſupbie ſpālit̄ accepte qua btūs bñ-
ecꝰ ſepe allegata pōt q̄ ē ī ſupbia veram
qua ſꝫ quis inanit̄ gliat̄ de aliq° bono
ſiue id hēat ſiue nō hēat Et ī ſupbia vanā
qua ſ⁹ eadē quis gliat̄ magis de laudibꝰ
ꝓꝑis ꝙ̄ laudibꝰ dei tā de eo bono qđ ipē ē
ſiue hꝫ ꝙ̄ de illo qđ ipē nō hꝫ ſiue nō eſt
Et vellē ꝑmā ſpēꝫ vocarē elatione quia
hij cōīt̄ elati noīant̄ qui ſe efferunt eſtiatiōe
et dicūt gloriatione ſup id qđ ſunt. ſcđam vero
ambitionē q̄ eſt cupido honoris et hͦ ca-
piedo honorē gnāliter prout etiā bñꝰdꝰ lau-
dē ī diffinitiōe vane ſupbie accipē videtur
Solet nāpe honor aliquādo ſtricte accipi ꝓut
ē exhibitio reuerentie ī ſignū virtutis vt ſunt
actꝰ reuerentiales exteriores vtputa genuflexi-
ones capitis denudationes et ceterē huiꝰmoi
Aliquo largius ꝓut a quodā phīo diffinitur
Eſt honor ē bnfactiue opinionis ſignū 2t
ꝙ̄ illud qđ qs alteri exhibet ꝓꝑt hͦ ꝙ ꝑo-
pmiat̄ eū bnfactiuū ſiue bonū a honeſtū

hͦ dicit̄ honor ſiue hͦ ſit ad intꝰ quo ad itellcm
vt ē clara notitia vel opiō q̄ vocat̄ ꝓꝑe glia
quaſi ſci clara ſiue quo ad affcm vt ē fauor
et complacentia interna magnificatio et laudatio
et huiꝰmoi Siue hͦ ſint ad extꝰ ī voce vt
ſunt vocales laudationes bndictiōes glori-
ficationes laudū acclamationes ſiue ī ſi-
gnis corꝑalibꝰ vt ſunt actꝰ reuerentiales
de quibꝰ iā dixerā ſiue ī rebꝰ corꝑalibus
q̄ exhibent̄ aliu ob ſignū ſuarū virtutū vt
ſunt magnifica dona collationes prelaturaꝝ
principatuū officioꝝ dignitatū conſtructiōes
eccleſiaꝝ conſtitutiones ymaginū quead-
modū xp̄iani ſcōs honoramꝰ et gentiles quodā
magnos intꝰ eos tā viuos ꝙ̄ mortuos ho-
norauerunt et ſi q̄ ſunt ſimilia q̄ ſunt ſigna
bnfactiue opinionis oīa huiꝰmoi poſſunt
honores vocari Et ſcđm hͦ conuenient po-
nere ambitio 2ª ſpēs huiꝰ ſupbie et ſuffi-
ceret Sed mouet me factoꝝ ꝙ non
ita pertineret ꝑma facie ſub iª ſpē vi' pom
poſſe tal' ſupbia qua quis ſepe appetit a-
liquod magnū officiū nō ꝓꝑt honorē ſi ex-
hibendū aut etiā quia hꝫ ipm officiū ī ſe
ſibi honor eſſet ſꝫ ſimil' ꝓꝑt hͦ vt alijs ꝑo-
ſit et in hͦ deo ſuiat quāuis minꝰ ydo-
neꝰ ad idē officiū regendū fuerit tal' inquā
appetitus ē viciosꝰ et nō niſi rōe ſupbie
vt vi' Et hi nō apparet pom poſſe ſub a-
bitiōe vt dixerā ex tal' nullū honorē appe-
tat vt ſuppono Ad hec verū occurit m̄ ad pñs
breuis ſolutio que forte ſufficit donec dñs
meliꝰ aliqꝗ mādat ꝙ ſꝫ tal' appetitꝰ offi-
cioꝝ l' dignitatū nō ē viciosꝰ ī ꝙtū quis
ſit appetit huiꝰmoi officia miſtrac. ſꝫ viciū
ē ratiōe eiꝰ ꝙ quis ſe dignū et ydoneū ꝑ-
ſumit ad talia ad q̄ nō ē ydoneꝰ et hͦ ē
pſumptio ſiue pſumptioſa elatio q̄ ꝑtinet
ad ꝑmā ꝑtē ſupbie ſpālit̄ accepte ſiue
ē ſupbia ſpāliſſime accepta Et ratione
illius ſolet etiā ſepedictꝰ appetitꝰ officio-
rū et dignitatū pſumptio noīari Melius ī-
ni placet ſtarē in diuiſiōe btī bñdͥ eodē mo
quo dixerā Et tūc dicūt diuiſſō pͦ membro
diuiſionis eo ꝙ hͦ ē idē tn̄ ſupbia ſpāliſſime
accepta Dico ꝙ ſupbia vana ſiue am-
bitio conformit̄ ſuo modo 2ª pt et diſtingu
gradibus queadmodū elatio ſuo mō pꝰ
diuiſa fuerat Prima qua quis appetit
honorē de bono quod nō hꝫ Ad 2ᵐ quo
quis appetit honorē de iͦ qđ hꝫ tāꝙ̄ a ſe
habeat vn' ſicut ſimil' ſi honorē ꝛ nō deo

Et quo quis est appetit tamq bonu a deo ipm bonu a deo promeruerit Et quia quo
quis appetit p alijs videri et honorari de despectis sz eis l' inuidendo ipis huiusmoi
honores etc Ex quibus pz p que modu sta humilitas huic pesti opposita mente sua
humilet Refrenat namq cor humile ne gaudeat honore de bono qd no hz nec de eo qd hz
aliud est dz id e ne sibi honore ascribat tamq bonu honorabile a se habeat. vl' a deo pro
condignis meritis acceperit vl' i contemptu vl' despectu proximi de huiusmoi honoribus
gaudeat Et Ex quibus vlterius seqr q humilitas quo ad istam pte consistit i medio
duaz maliciaz siue duoz vicioz quoz vnu e viciu superabundante quo quis pter
debito honores appetit et hoc viciu ambitio siue ambitiosa supbia dr Aliud e viciu
defectus quo quis minus debito honores appetit Horo plati et principes atq ceteri q
psona dei i ppło gerunt curare vtiqz hnt vt deus i ipis honoret vt et plus eos no de
spiciat quipocius eis reuerenciam exhibeant qd hoc
eciam ipi pplo ad salute expediat q vtiqz no obtemperaret preceptis eoz et monitis si
ab ipis contempneret Quale igr fuerit plati si sic no appeterent quia qd merito nulli
deberet ee plati aut principes nisi ta fortes essent vt pro se leuiter possent honores sper
nere et ad gliam dei et salute proximi acceptare eosde Quarto omnes hoies boni di
quod in se e manifestu merito appetere hnt vt honorent vt sic induantur dns in donis suis
atq ceteri tales honores videntur ad huiusmoi dona se abilitet Cauti e hz in finibus vt
bona sua occulta q no e vtile publicare absconderet prout dns suadet nesciat de
xtera tua quid faciat sinistra nesz qbs si honores asscribat et no dno Cnecia ip
sa humilitas no sinit oez honore spernere habeat sed soli prout racio recta dictat
Et hoc lucidet considerari pt cp sci i celo honorari appetunt qpt hoc siquide ecclesia
multis eos extollit honoribus atq laudibus Et vt ista melius colligamus dico q humilis
hz honores spernere nisi i quantu deus p hoc honoratur q ipe honoratus in exhibitione
honoris promeretur Aut alij videtes ho nores exhiberi bonis p hoc ad virtutes ex
citantur aut eciam qpt honores exhibitos do ctrina eius q sic honoratur liberius accipiat
Aut q ipe q honoratur p hoc a periculosa tristicia q desperacione preseruatur l' ad vtiliora opa bona

acuatur et si q alia causa e qua caritas suadet q racio recta dictat Aut in huiusmoi
periculosa in finibus Et p premissa salua indi no verbo sz ex isto q eadem virtus q ad
istam spem e humilitas z magnanimitas vl' alia huiusmoi virtus q sz philos et eciam do
ctores catholicos mente confirmat contra honores ne eos q racione spernat humilitas eni
sil' z semel mente inclinat ad spernendos honores indebitos et ad acceptandu debitos Igr eadem
virtus scdm q eos spernit di humilitas et scdm q acceptat magnanimitas l' q alio noie
censeatur Ex his enarrare pt di lassi quanta bona generet hz sca humilitas i mente humiliata
parit siquide pacem et concordiam in oibz creat cuius vult subesse no optat pesse veru dat
i honoribus exhibitis no superbit i illatis contu melijs et opprobrijs quiescit oes quos debito no
pt magnificare extollere laudare sic psci re satagit alios honoribus preuenire e simplex
i verbis no clamosa q verbosa no litigiosa no derelict cor i verba malicie ad excusa
das excusaciones i peccatis vt sz sit ppriorz
peccatorz accusatiua alienorz opinioz cophe
sima non e denique verborz opinioz ostentatiua
qui ponit ppriorz bonorz pdit oz occulta
tiua alienorz vero publicatiua Singularitas
se odit sectatur coia et vt oia sil' concludamus no
ambulat i mirabilibus sup se eode v' intu
signo humi confusatio et ope Cauorz omni
haut dubie opposita ipi superba supbia in
ambitiosa mente male generat Et nichilominus
ta nocium hoc genus furbic vt eciam merita operum
bonorz tollat scdm i° saluatoris loquentis
de his qui opa sua faciunt vt videantur ab ho
minibus Amen dico vobis receperunt mercede sua
Cenaliter vero loquendo de humilitate nichil
aliud vi ee humilitas q generalis subiectio
q mens se sub diuina volutate se deiciunt m'
sz si torv eciam i suando sz totu ad ipius beneplacitu
resignando et isto mo vi beatus augustinus
de humilitate sup sermo dnj i monte super
verbo Beati pauperes spu dicit quare sic Hic
hic intelliguntur pauperes spu humiles et
timentes deu no hntes i flatu spm Sed
manifestu e q timor dei facit huiusmoi gna
le subiectione mentis scdm diuina volutate
Vel eciam humilitas aliquo pro mor ppe
facit hoiez pauperem spu Paupertas namq
spus videtur esse carencia ppriy spus id est
ppue volutatis rere sic paupertas perfecte e

carencia penitus. Quia voluntas sua nimium alia
pt affectu contra voluntatem divinam quod est contra honores
aut propria excellentiam ut notum est ergo est principa
lioris humilitatis quam beatus augustinus dicit sanctus pau
lus spiritum. Hoc etiam modo beatus augustinus. prima
omelia super epistola prima iohannis videtur accipere
humilitatem dicens ubi humilitas ibi caritas
Etiam isto modo homines qui leviter obtemperant
voluntatibus aliorum vocantur solemus humiles pro
ut mittentes de eis quod humiliter faciunt quicquid
eis iniungitur. Et isto modo humilitas non est virtus
sed est quodammodo generalis omni virtuti sive est gratia
liter omnis virtus quia mittit hominis regule divine et re
gule rationis quia a regula divina dirigitur subinte
Superbia vero generaliter loquendo nichil aliud
est quam elevatio mentis propria contra deum sive contem
ptus dei et hoc quo non habet effectum quia est non
subdi preceptis eius sive non obtemperari eius vo
luntati. Et hec iterum non est omni virtuti sed omni vi
tio quo sit deus contemptus. Et ut anselmus
superbia accipitur ortavo de similitudinibus ubi
sic dicit. Superbia ideo vocatur quia super quod debet
gradi. Superbia namque suggestio dicitur propria
ista voluntas quia voluntati dei non subicitur sed
super eam extollitur ob hoc recte superbia principa
Sed hic occurrit dubitatio circa premissa
quo scilicet tamen premissorum more beatus benedictus di
stinguat 12 gradus humilitatis in regula. Et
similiter beatus bernardus 12 gradus superbie in libello
suo qui dicitur de gradibus humilitatis. Dicendum scilicet
secundum quod superbia et humilitas generaliter capiun
tur secundum quod specialiter vel specialissime. Di
co ut estimo quod sancti predicti distinguunt diversos
actus humilitatis et superbie generaliter accepte
et hos vocant gradus. Quod ex hoc patet quia
beatus benedictus pene totam regulam suam quo ad
statuta moralia in illis 12 constituit preceptis et
per consequens in illis includit voluit omnem modum
secundum quem mens religiosa debet se coram deo pro
sternere et deo subici sive etiam aliis propter deum
+12 Vnde gradus et hoc incipiendo ab exterioribus
ad interiora quibus ecclesia primus sit secundum di
gnitatem graduum et etiam ordinem incorporis actuum
quo ad productionem. Talis inquam gradus ut
homo deum timeat et memor sit omnium que pre
cepit in quo de per se consistit huiusmodi generalis me
ns humiliatio ut notum est. Et ab isto tamen pro
cedunt alii gradus tam ad intra quam ad extra. Est enim
quidem primo quo ad appetitum ne mens ab
ipsa divina subiectione retrahat. Quod tripliciter
posset fieri. uno modo amando propriam voluntatem contra
quod ponitur 2 gradus scilicet non sequi propriam voluntatem

alio modo nolle acquiescere monitis aliorum contra
quod ponitur 3 gradus scilicet in omnibus secundum preceptum su
perioris. 3o vitando et timendo dura et aspera
contra quod ponitur nonus gradus ne scilicet quis desistat
propter dura et aspera que occurrunt. 2o etiam posset
impedimentum fieri quo ad cogitationem hominis
Et contra hoc ponuntur tres consequentes gradus or
tanus scilicet ut quilibet defectus proprios cognoscat
et confiteatur. Septimus ut quis ex consideratione de
sui defectus reputet et cognoscat se insufficientem
ad omnia. Et ut se omnibus aliis reputet et pro
nunciet viliorem. procedunt nichilominus ab
eadem humiliatione interiori quidam actus exteri
ores tamquam signa et hoc tam in factis. Et propter
hoc ponitur 8 gradus ut scilicet homo non sit singula
ris sive non excedat in operibus suis a via com
muni etiam in verbis propter quod ponuntur duo
gradus ultimi videlicet ut homo non precipiat tempus
sed taceat usque ad interrogationem. Et secundus
ut scilicet non excedat modum in loquendo sed pau
ca et rationabilia verba loquatur. Est etiam in
exterioribus gestibus propter quod ponuntur
duo gradus primus scilicet qui docet reprimere extolle
ntiam oculorum et oris in huiusmodi sive in habitu
sive in aliis motibus et gestibus humilita
te procedere. Et 3us qui docet cohibere risum et a
lia inepte letitie signa vide in regula beati
benedicti hos gradus in propria forma. Beatus
quoque bernardus ubi supra distinguit 12 gradus superbie
premissis gradibus oppositos. Primus est
curiositas quia opponitur primo gradui humilitatis qui
est corde et corpore sibi humilitatem ostendere defixis
in terram aspectibus. Secundus gradus superbie est
levitas mentis que opponitur 2o gradui humilitatis
qui est paucum et rationabilia verba loqui non
clamosa voce. Tercius gradus superbie est inepta
letitia que opponitur 3o gradui humilitatis ut scilicet
non sit quis facilis ad risum et promptus. Quartus
gradus superbie est iactantia et opponitur taciturn
itati usque ad interrogationem que est quartus gra
dus humilitatis. Quintus gradus superbie
est singularitas et opponitur 5o gradui humili
tatis qui est tenere quod communis regula monasterii hortatur
Sextus gradus superbie est arrogantia per quam
scilicet homo se aliis prefert et opponitur sexto gradui
humilitatis qui est credere et pronuntiare se omnibus
viliorem. Septimus gradus superbie est presumptio
et opponitur 7o gradui humilitatis qui est ad omnia
se indignum et inutilem confiteri et credere.
Octavus est defensio peccatorum et opponitur confessioni
peccatorum qui est 8us gradus humilitatis. Nonus

gdus supbie ē simulata confessio qn sc̄z
quis nō vult subire penā pro pctis q̄
simulatorie confitē et oppo nono gradui
humilitatis q̄ ē in duris et aspis patie
na aplecti ¶ Decimus gdus supbie est
rebellio et oppo obediēne q̄ ē decimus g
dus humilitatis ¶ Undecimus gdus su
pbie ē libtas p quā sc̄z hō libē agit qd
vult et oppo xi gdui humilitatis qui est
nō amac voluntatē ppā vel nolle sequi
voluntatē ppā ¶ Duodecimus supbie g
dus ē consuetudo peccandi q̄ iplicat dei
contemptū scdm btm thomā et oppo ei
gdui humilitatis q̄ ē timor dei vt dom
ē pus ¶ Pz igr q hij sūt preus distig
uit actus supbie et humilitatis gnā accepte
et hos actus gdus nominant Nā ipi i pmis
sis gdibus humilitatis varia gnā virtū
et silit in gdibus supbie dūsa gnā vi
ciorum ponūt vt ex pmissis pz ¶ Sed
querit adr aliquis an oīs supbia sit
pctm mōrle et loquor de actu supbie
id ē de supbitione habitū sic de supbie
icitū huiusmōi nō dr ppe pctm sz actus
Dicit scūs thōs q radix supbie i hō con
siderat q homo aliqualiter nō subdit
deo et regulis ipius hoc ipm at qd ē nō
subdi l' subici deo hz ratonē pcti mōrl
Nam ē aūti a deo vn consequēs ē q sup
bia scdm genus ē pctm mōrle Sicut mī
alijs q ex suo gnē sūt pctā mōrlia pu
ta i fornicatōe et adultēio sūt aliq mo
tus qui sūt pctā venialia ppt eorū ip
fctōne q sz puemūt iudiciū rationis
et sūt ptez eius consensū Ita eciā circa
supbiā accidt q aliq motus supbie sūt
pctā venialia dūmō eis ratio nō con
sentiat Unde in psalmo sz q verū ē q
scūs thōs h' loquit de supbia gnaliter
accepta prout patē pt ex pmissis ¶ Et
idcirco dcm suū ē simplicit verū dūmō
supbia capiat prout conceptū includit
put congtali mō de supbia loqm quia
conceptus ē pprā trāsgressio siue rebellio
contra voluntatē dei et p qns ppe dr supbi
tio id ē supicio Sicut vellemus oēs pre
tergressū vl' supgressū siue fiet cū contep
tu explicite l' implicite siue nō vocatē
supbiā put videm sepe supbiā i con
fessioē nrā gnali qn dicimus quia pccta
ui nimis p supbiā cogitatōe locutōne

ope et omissione. vbi oīā pctā nrā tam
omissionis q commissionis siue cord' siue
oris siue opis fuerūt ad supbiā rēduci
mus tūc est dicendū q nō omnis supbia
est pctm mōrle sed solū pprā de qua
scūs thōs loquitr loquendo vō de supbia
spcalit siue spcalissime tūc credo de ea
dicendū put scūs thōs dit de inani glia
ipā ei supbia ē inanis glia qd sz dit
pt ēē pctm mōrle vno mō rōe mē vt cū
aliquis gliat de aliq falso qd contrariā
diuine reuerēne vl' cū quis bonū tpale de
quo gliat pfert deo l' testimoniū homi
testimonio dei pfert alio expte gloriatis
qui intēcone suā refert ad gliaz tanq ad
vltimū finē ad quā sz ordinat eciā opa
virtutū et pro quo consequēdo nō pmittit
ea q sūt contra deū alias supbia ē pctm
veniale eo q caritatē nō extinguat ¶
Quamplurimi sūt distingūt spēs humilitatis
et supbie sed nō curo quia intellectus his
q dcā sūt p se pt quasi diffiniciones et spēs
ipaz inuenire et distinguere ¶ Post hec
uunc audiuimus modos quibus contingit
supbire quos idcirco caritati vre recitaui vt
eos vitemus Sicut nempe scala infernū pre
cipitates eos q gradiunt in eis vsq ad in
feros vbi ē mors sine morte fletus et stri
dor dentiū vbi nō sonat vox exultacio
nis et salutis quia nō sūt ibi tabnacu
la iustorū quiponius supbi gigantes gemūt
ibi sub aquis et eternaliter eiulabūt car
mē lugubre ¶ Considerātes gliaz suā
quā p supbiā neglexerant et habuūt tiore
horribili et inuabūt in subitatōe ispera
te salutis dicētes intē se penitenā agētes
et p angustia spūs gementes quid nobis
profuit supbia quid ambicio quid inanis
glia quid honor dignitas et placo q
iā nobis contulit q alijs pferimus q icte
nū p oībus deiecti sumus vbi iā illa quo
dā supbia nrā psumpcio cū iā penis ad
dicti tartareis nichil possimus Quid in
quit iā prodest quia dileximus vanita
te et quesiuimus mēdaciū Ecce trāsierunt
oīā iā tanq vmbre et pene nre nō mi
nuet quiponius sumus tormētorū mfor
ascēdit in sclm sctli hec sūt mei et huius
modi musitat q quondā nolētes sz huil
are sub potēti manū dei supbe vixerāt
eternaliter nomē dei blasphemātes

sicut scriptum est superbia eorum qui te oderunt asce
dit semper. Gradium igitur humilitatis modos
quibus contingit humiliari quos exposui dilecti
vere differunt ut in eis ambulemus. Sunt enim
via sanctorum et alienum non ambulat per eam
sunt via regia non declinantes ad dextram vel
sinistram sunt scala celi qua decepto apsidiis fig
de tanto per ipsam scandentes sublimius in celum sustol
litur. Hec omnes sancti quorum hodie gloriam ac
beatitudinem scilicet colimus de tanta pusillitate et
deiectione ad tante sublimitatis sinum erexit su
stigium de via perduxit ad patriam de tot ac
tantis huius procellosi maris periculis ad tranquil
le tranquillitatis portum applicuit. Ubi quam
qui semetipsos tamquam viles despexerant et co
ram omnibus in oculis suis tam gloriosi effecti sunt
magni sunt in oculis dei qui gloriam et hono
rem contempserant mundi tam gloria et honore coro
nati sunt dei. Quia plationes dignitates
alta officia in mundo non concupierant volentes
scilicet humiliter sociis suis vel subditis preesse quam eis
preferri imponens subesse prout oportuit ipsis
subesse. Ideo tam ibidem heredes dei effecti
sunt coheredes autem Christi regnantes cum unigenito
eius patris super omnes superbos quos deus subie
cit sub pedibus eius. Ubi denique quia hii
plene voluntates suas subtus divinam voluntatem
deiecerant tam quodammodo una voluntas cum
divina voluntate effecti sunt ut nichil possent
velle nisi quod ipsa velit de nullo gaudere nisi
de quo ipsa gaudet quinymmo et nichil possunt
non velle quod sciunt ipsam velle de nullo
non gaudere quod sibi sciunt placere. Deus beata
vita in qua posuit deus humiles tam magni
fice in sublimi ut sit quodammodo sanctorum om
nipotentes omnipotentes in omnibusque leti et beni
volentes possunt enim omnia que volunt et fiant
omnia que desiderant nichil fuit aliud quam volunt et
sunt omnia quem sancte appetunt gaudentes et leti
tia magna exultantes in omnibus operibus dei.
Ini ista beatitudine fratres mei pro humilitate in
tellectus ut sic etiam ad presens cum aliis nomi
ne confert ipse exaltator humilium sanctis suis
claritate beatifice visionis et hoc quo ad
intellectum. Pro humilitate affectus perpetuam
dulcore deifice fruitionis et hoc quo ad
voluntatem sive affectum. Pro humilitate genera
lis subiectionis alterum amplexum divine maie
statis et dilectionis et hoc quo ad vim ira
scibilem. Et igitur fratres karissimi superbiemus nos
terra et cinis. Cur pro misera et fatilla
ymmo vero nulla exaltatione quam mundus
nobis promittere potest aut dyabolus

qualitercumque nos suadere perdemus illam magnam
que vere humilibus promittitur in celis et incide
remus in illam deiectionem infimam que preparata
est dyabolo et angelis eius qui quidem dya
bolus est rex super omnes filios superbie. Absit
absit per gratiam dei et longe absit quinymmo
omni conatu comprimamus mentis elationem ab
iciamus presumptionem fugiamus omnem ambitionem
subiciamus deo et propter eum superioribus nostris
in omni caritate proprie voluntatis nostre tumidam
rebellionem et habebimus pacem in vita que nunc
est et in futuro quinymmo sine honore unusquisque pa
cem habuit sed non hic preterit. Credo si nobis tanta
res fortasse difficilis videtur esse omnibus sanctis stat
ingiter coram throno dei et agni citharizantes
citharis suis pariter hautdubium etiam eadem
coram deo et agno id est orare pro nobis.
Habent nempe scriptura teste tam fialas aureas
in manibus suis plenas odoramentorum. His
igitur addamus odoramenta nostra id est devo
tione orationum nostrarum et indubie suscipiet
ea pius misericordiarum de manibus eorum prestra
bitque nobis omnem humilitatem quam petimus
per Ihesum Christum filium suum dominum qui secum vivit
et regnat in unitate spiritus sancti deus per infinita secu
la seculorum Amen

Sermo quintus vel ultimus superius de ortu
superne civitatis Ierusalem et gloria
civium eius

Celebrantibus nobis hodie fratres
dilectissimi festum omnium sanctorum tam cum
Christo regnantium veneranda so
lemnia omnio decens esse videtur
et congruum ut pro earum contemplatione tante
festivitatis ac nostre devotionis ascendamus
mentis gressibus in Ierusalem non tam terrenam
ut illa quondam historiam regina Saba quin
potius in ipsam que sursum est celestem audire ibi
sapientiam veri Salomonis Ihesu Christi domini no
stri et videre domum quam edificaverat et
cibos mense eius et habitacula servorum et
ordines ministrantium vestesque eorum et pincer
nas et olocausta que offerunt in domo domini.
In hanc siquidem devota consideratione ho
dierne nisi fallar sollempnitatis contemplato
ria consiste. Pergamus igitur rogo dilectissimi
omni devotione qua possumus quinymmo fla
grantibus desideriis velocitet etiam ut vide
hanc visionem magnam et quod nondum heu te